



PRÆFAMEN.



Am mihi contigit esse felici, ut in Uni-
versitate Patria ad Triennium ferme
pedes GAMALIELUM amplexari, &
ora, dona, studiaque singularia, Præ-
ceptorum meorum exosculari potue-
rim; Benignissimam & Providentiam
Numinis medullitus veneror, quod MATREM me-
am sospitem, AVUNCULUM Patris vices amantis-
sime sustentem, AD- & COGNATOS in causam
ac salutem meam tractos, PATRONOSque expertus
sim, quorum amore, benevolentia, & insigni *ἐνεργα-
σία*, si a DEO discessero, hucusque pertingere potui.
Omnis & in hoc fui, ut hac prærogativa usus, salubria
veritatis divinæ dogmata haurirem, metuere discerem
errores revelationi adversos, imo cum inter novos
Philosophos tricarum adhuc superfit multum, non pos-
sum non & eam deprædicare felicitatem, qua præfer-
tim a *Magnifico meo* DN. PRÆSIDE ad genuinos JU-
RIS NATURÆ fontes fideliter manuductus sum.
Non etiam, quantum profecerim, laudare habeo,
nihilominus nec despero, quin studiorum accura-
tam